

& retinetur aqua coeli cum aqua terræ propter seruitium suum, et propter arenam suam honorat eam, & cōgregatur aqua in aquam, Alkia in Alkiam, & dealbatur Alkia cum Astuam. Sunt uerba Actoris qui uoluit directionē Animæ in spiritum, donec commisceatur, id est conueniat, & fiat res una, uelut marmor. Et scito similiter quod dictum est de aqua quam memorauī, quæ est rex qui de cœlo descendit in terram, cū humore suo suscepit eum, & retinetur aqua coeli ab aqua terræ. Voluit per hoc aquam diuinam, quæ est Anima, & nominauit eum regem, quia spiritalis, & ex terra extractus est, & ascendit ad cœlum. Et quod dixit de cœlo uenit, uoluit per hoc reductionem eius ad terram suam. Et hunc regem quem nominauimus, exponam tibi per illum genitum quem memorauerunt, qui gignitur in aëre, & fuit conceptus eius in terra, uel inferius, & hæc est uirtus superior cœlestis, quam acquisiuit aqua, quæ extrahit aërem de aqua.

Dixit Hermes, Perficitur in ea uirtus  
superior